

4832.

1352 Juli 9.

Vexiö.

Lagmannen i Tiohärad Nils Turesson bekräftar Kristina Bosdotter i besittningen af gården Hassle i Lenhofda socken, hvilken hon erhållit i morgongåfva af sin afidne man Håkan Ödgersson.

L. Sparres afskr. saml. i Sv. Riksark., sign. J 6, fol. 155.

Ego Nicholaus Thuresson miles, decem provinciarum legifer, constare volo omnibus evidenter me præsentis exhibitori Christinae Bowa dotter vnam curiam in Hasslo parochia Leenhoffdhä situatam, quam sibi Haquinus Öthgesson, quondam maritus suus bonæ memoriæ, ratione doctis (o: dotis) dedisse dinoscitur, ad perpetuam possessionem in placito iusticiario domini mei regis sub anno Domini mccc secundo Vexio habito adiudicasse per præsentis. Scriptum sub sigillo meo in profesto beati Canuti regis et martyris anno, die et loco supradictis.

Märke efter ett sigill angifvet i handskriften.

4833.

1352 Juli 9.

Vexiö.

Riddaren Nils Dannes (Bielke) samt hans mågar, väpnarne Nils Håkansson (Läma) och Anund Hemmingsson, förrätta arfskifte efter Nils Dannes hustru Ingeborg Larsdotter.

L. Sparres afskr. saml. i Sv. Riksark., sign. J 7, fol. 287.

Omnibus præsens scriptum cernentibus Nicolaus Dannäs miles, Nicolaus Haquonsson et Amundus Hemmingerson armigeri salutem in Domino sempiternam. Tenore præsentis evidentius profiteamur, quod nos, videlicet ego Nicolaus Dannäs ex parte filiae meæ Ingegerdis, cuius responsor dinoscor existere, ego Nicolaus Haquonsson ex parte consortis meæ Ylianæ et ego Amundus Hemmingerson ex parte consortis meæ Katharinæ, talem et huiusmodi bonorum matrimonialium divisionem et distributionem ipsis post earum matrem dominam Ingiburgim Laffrinz dotter hæreditario iure debitorum rite et legaliter, vt subsequantur [o: -quenter] exprimitur, faciamus, ita videlicet quod dictæ Ingegerdi Härestada, Sendrete cum molendino dicto Sendretessquärna, vna curia in Eke, quam dominus Laurentius Botolffson possedisse dinoscitur, cum omnibus ipsorum bonorum pertinentiis, videlicet agris, pratis, sylvis, pascuis, coloniis, molendinis et molendinarum locis, piscaturis et aliis quibuscumque in humido et sicco, prope vel remote consistentibus, quocumque nomine censeantur; dictæ vero Ylianæ infrascripta bona, videlicet Hasla cum prato dicto Hundawatz äng, Wallorslatha, vna curia in Lundby, Nyanäss cum omnibus bonorum ipsorum pertinentiis, vt superius expressum est, nullis penitus exceptis; et dictæ Katarinæ Götawi cum prato dicto Götbohween, Narwarö cum omnibus superius expressis appendiciis, nullis nisi prato dicto Hundawatz äng commodolibet (o: quomodo-) exceptis, irremobiliter et irrefragabiliter cedere perpetue possidenda. In præmissorum omnium robur et evidentiam firmiorem sigilla nobilium virorum domini Nicolai Turessons militis, decem prouinciarum legiferi, et Benedicti Turessons una cum sigillis

nostris propriis præsentibus petimus præapponi. Scriptum Wäxiö anno Domini mccccli in profesto beati Canuti regis et martyris (o: -s).

Sigill: n. 1—3 enligt ritningen borta, remsorna kvar; n. 4 (två bjälkar i sköld med hjälm; jfr Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 682): s NICOLAI THVRESONS; n. 5 (två bjälkar i sköld utan hjälm; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 600): s BENEDICTI THVRE.

4834.

1352 Juli 12.

Björn Larsson utfärdar skuldförbindelse å femtiotre mark och sex öre penningar till Halsten Petersson och sätter som säkerhet vissa egendomar i pant.

L. Sparres afskr. saml. i Sv. Riksark., sign. J 5, s. 10.

Omnibus præsentis literas visuris Bero Laurensson salutem in Domino sempiternam. Tenore præsentis recognosco me viro nobili Halstano Pãthersson, præsentis exhibitori, in quinquaginta tribus marchis et sex oras denariorum ex iusto debito teneri ac esse veraciter obligatum, pro qua pecuniæ summa sibi curiam meam Harukztorp sitam cum molendino meo ibidem et duabus coloniis in Hãrestadha parochiæ Rapastadã in Östgotia cum omnibus earumdem curiæ et coloniarum adiacentiis, agris videlicet et pratis, pascuis, siluis, infra sepes et extra, propi et remote, in humido et sicco positis, quocunque nomine censeantur, nullis exceptis, quæ quidem bona post obitum matris meæ dilectæ Christinæ iure hæreditario habui, in pignero per præsentis tali conditione, quod omnia prædicta bona mea cum omnibus ipsorum, vt præfertur, adiacentiis, si ea infra quindenam proximam post festum beati Michaelis iam proximæ futurum integraliter non redemero, sibi et suis hæredibus cedant iure perpetuo possidenda, proviso tamen quod in quanta pecunia prædicta bona memorata pecuniæ summa meliora per viros discretos fore dinoscuntur, tantam ipse Halstanus mihi pecuniam ratione dictorum bonorum ad præfatam pecuniæ summam addere teneatur. In cuius rei evidentiam sigillum meum dixi [o: duxi] præsentibus apponendum. Scriptum anno Domini millesimo ccccl secundo teria quinta proxima post octauas apostolorum Petri et Pauli.

Sigillet (två korslagda fãrlor): s BERONIS LAVRENSON.

4835.

1352 Juli 14.

Marstrand.

Konung Magnus befullmäktigar Heino Styve att utlösa och hemföra hans förpantade kronor.

Orig. i Lübecks Statsarkiv.
Tryckt efter LU 3, s. 137 f.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris Magnus, Dei gracia Suecie, Norwegie et Scanie rex, salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod nos exhibitori presencium, viro discreto Heynoni Styve, plenam tenore presencium damus et concedimus potestatem coronas nostras pro pignore obligatas redimendi et redemptas ad regnum nostrum Swecie libere de partibus Alemannie deducendi. In